

Band IV., Nr. 1035, Seite 85-86

Graf Burkhard von Hohenberg enthebt die von Ritter Gero von Lichtenstein an das Kloster Bebenhausen überlassene Hälfte des Zehntens in Dußlingen des Lehenverbandes und erhält dafür den eigenen Hof Gero's zu Feldhausen als Lehen eingesetzt.

Ohne Ortsangabe, 1245.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Universis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, Burcardus, divina providente clementia comes de Hohenberc, noticiam subscriptorum. Ad eterne vite beatum premium et temporalis prosperitatis magnum incrementum apud regem regum omnium nobis profuturum non ambigimus, si ec[c]lesiarum dei et virorum iugiter domino famulantium profectibus et commodis intenderimus. Hinc est, quod, cum Gero miles de Liethenstein¹ mediam partem decime in Tvsselingen venerabilibus in Christo abbati et conventui in Bebinhusin ex consensu liberorum et aliorum heredum suorum vendere decrevisset, nec tamen id effectui mancipare quivisset, eo quod ipsius decime proprietates ad nos spectare dinosceretur, nos divine remunerationis intuitu dicti conventus utilitatibus consultum esse cupientes et prefati G(eronis) pie petitioni consensum adhibentes ipsi Gero[ni] prenominatam decimam monasterio de Bebinhusin iam dicto pro LXXV libris Hallensium vendendi liberam dedimus facultatem. Verum prefatus G(ero), ne ab homagii vinculo, quo nobis ratione sepe dicte decime hactenus tenebatur astrictus, liber maneret, curiam suam in Velthusin, quam huc usque possedit ut propriam, una cum uxore sua et filiis in manus nostras resignavit et a nobis recepit eandem feodali nomine deinceps possidendam. Quod presentibus litteris dignum duximus inserendum propter malignantium cavillationes multiplices, quibus bonos infestare non desistunt, quatenus sepe memorato conventui de Bebinhusin maioris fidei prebeat incrementum. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, presentem cedula[m] scribi et sigilli nostri appensione fecimus roborari. Huius rei testes sunt: ego Burcardus comes de Hohinberc, decanus de Heigerloch, plebanus de Wehingen, Berngerus liber dictus de Enthringen et Albertus frater suus adhuc servus, Gero de Liethensten, Peregrinus de Salbeningen, Hermannus de Owe², . . miles de Miringens et notarius noster et alii quam plures.

¹Schloß Lichtenstein, Lichtenstein, RT, wenn nicht die Beziehung zu Feldhausen auf die diesem Orte nahe gelegenen Burgruinen Vorder- und Hinterlichtenstein zwischen Neufra und Gauselfingen hinweist.

²Obernau.

II

 Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M^o. CC^o. XLV^o., sub abate Bertoldo dicto de Mvnegesingen, qui presens affuit cum monacho suo Heinrico, qui *magistro* hospitum nuncupatur.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An roter Seidenschnur hängt das ziemlich unversehrte Siegel des Grafen von Hohenberg aus gelb-braunem Wachs. Es zeigt einen nach rechts galoppierenden, vorwärts gewandten Reiter, dessen Helm mit Pfauenfedern besteckt ist, in der Rechten eine Lanze, an dem linken Arm einen dreieckigen Schild mit der hohenbergischen Querteilung. Umschrift: *Sigillum* . COMITIS . BVRCARDI . DE . HOHENBERG (T und D gerundet, H und E in einen Buchstaben verschlungen, das letzte E gerundet).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 490

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 126. Schmid: Monumenta Hohenbergica,
S. 15.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Burkhard; Graf von Hohenberg

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)
 Bebenhausen, Tübingen, TÜ

Dußlingen Wohnplatz (16108)
 Dußlingen, TÜ
 Entringen Wohn-
platz (16224)
 Entringen, Ammerbuch, TÜ
 Feldhausen Wohn-
platz (21056)
 Feldhausen, Gammertingen, SIG
 Haigerloch
Wohnplatz (16384)
 Haigerloch, BL
 Hinterlichtenstein Wüs-
tung (24183)
 Hinterlichtenstein, Neufra, SIG, W
 Hohenberg
Wüstung (26307)
 Hohenberg, Schömberg, BL, W
 Mührin-
gen Wohnplatz (7496)
 Mühringen, Horb am Neckar, FDS

Münsingen Wohnplatz (15923)
 Münsingen, RT
 Obernau Wohn-
platz (16181)
 Obernau, Rottenburg am Neckar, TÜ
 Salmen-
dingen Wohnplatz (16332)
 Salmendingen, Burladingen, BL

Schloss Lichtenstein : Honau, Lichtenstein RT
 Schloss Lichten-
stein Wohnplatz (16083)
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA
 Vorderlichtenstein Wüstung (24184)

Vorderlichtenstein, Neufra, SIG, W
 Wehingen Wohnplatz (14203)

Wehingen, TUT